

Consideremus rationem quare spiritualium emptio siue venditio fit illicita
Prima est ex parte vendentis. **Secunda** ex parte emētis. **Tercia** ex p
 te venditionis. **Prima** ratio ex parte vendētis. quia ille qui vendit spiritualia non
 est illorum dominus sed dispensator. **Vñ. i. cor. in. c. apostolus** dicit. Sic
 nos existimet homo ut ministros christi et dispensatores ministeriorum dei
Secunda ratio est ex parte emētis. Ille qui emit rem multo minore pretio
 quam valeat iniuste emit. Sed spiritualia sunt tante nobilitatis et perfe
 ctionis et pro consequens valoris quam nullo pretio temporalium rerum pos
 sent adequari. **Vnde** et de sapientia que est res spiritualis dicitur sapientia
 tie. **vñ. c. Dicitur** est cunctis opibus et omnia que desiderantur
 huic non valent comparari. **Tercia** ratio est ex parte venditionis
 quia qui vtriusque aliquo actu ad illud seu alio modo quam ordinauerit
 deus iniuste facit et tanto peius quanto illud est in se dignum. **Ordina**
 uit autem deus spiritualia gratis conferri debere hominibus per ministros
 eius quod christus declarauit dicens. **Matth. x. c. Gratis accepistis**
gratis date scilicet sacramenta et alia spiritualia. **Vnde** in consilio tolleta
 no. **i. q. i. c. Nuncquid** dicitur. Nuncquid inuicibilis gratie consolati
 one tribuitur nunquam questibus vel quibuslibet premijs venundari
 penitus debet dicente domino. **Gratis accepistis gratis date.** Et
 sic colligitur quod symonia propter dicta peccatum est mortale. Et super
 additur ratio quod nullus debet excommunicari nisi pro peccato mortali ut
 dictum est in sermone de inobedientia. Sed pro symonia debet quis
 excommunicari. **Vnde. i. q. i. c. Nui** sacros dicitur. Anathema dicitur
 si id est fiat secundum glossam anathema accipientis symonia. **Tercio** confi
 deremus determinatione. **Quid** intelligitur pro spiritualia aut spirituali
 bus annexa. Et secundum doctores spiritualia dicuntur sacramenta scilicet **Bap**
tismus. Chrisma. Eucharistia. Ordo. Penitentia. Extrema unctio
Et benedictio nuptiarum. pro quibus dare pecuniam vel recipere
 ut precium eorum est prohibitum. quia symonia. **Annexa** vero spirituali
 bus dicuntur. **Benedictio ecclesiarum. Consecratio virginum** et alia
 rum rerum pertinentium ad cultum diuinum. **Benedictio abbatum.**
Absolutio ab excommunicatione vel alijs censuris ecclesiasticis. **Electio** pla
 torum ecclesiasticorum. **Confirmatio** eorum. **Renunciatio** **Visitatio** ipsorum pla
 torum. **Correctio** criminum vel delictorum a correctore in iudicio ecclesie.
Cura animarum. **Ingressus** religionis seu monasterij. **Ecclesia** seu beneficium
 simplex vel curatum. **prebenda** dignitas ecclesiastica ut archidiaconatus
Prepositura. **Episcopatus** et hominibus. **Officium** sepulture vel loci ecclesie
 cratus ad sepulturam. vel ubi iam est sepultus alijs. **Capelle** ius pas
 tronatus. **Ius** percipiendi decimas. **Officia** ecclesiastica ubi est aliqd iu
 risdictionis spiritualis ut **Tonomus** **Vicedominus** et hominibus. **ferre** scilicet in iu
 dicio ecclesiastico. **Permutatio** dignitatis ecclesiastice vel beneficii et
 similia. **Pacisci** scilicet pro his symonia est. **vñ. d. i. q. ii. c. Quia** pro animo
Cessio omnis pactio cessio omnis conventio. scilicet emptio aut venditio. **Notan**
dum tamen quod si quis sine pacto expressa vel exactione confert aliquid